

Summa fratris Alexandri (Summa Halensis), IV, 303.

(Doctoris irrefragabilis Alexandri de Hales ordinis minorum Summa theologica seu sic ab origine dicta "Summa fratris Alexandri" ..., kiad. Collegium S. Bonaventurae, Quaracchi 1924-1948, IV/1, 457-458.)

An maior veneratio debeat cruci Christi quam homini.

Quantum ad primum sic obicitur: 1. Exod. 20 prohibetur quod non fiat sculptile neque ulla similitudo. Si ergo figuramus Deum in cruce, contra praeceptum facimus; non est ergo crux magis adoranda quam rationalis creatura.

2. Item, adoratio sive veneratio respicit dignitatem; sed maioris est dignitatis rationalis creatura, quae est homo, quam ipsa crux, quia homo ad imaginem Dei factus est et creatus est ad beatitudinem et ut sit particeps divinae veritatis et bonitatis per cognitionem et amorem; crux autem non ita, cum sit irrationalis creatura; ergo maior veneratio debetur homini quam cruci.

Contra: a. Crux a maximis adoratur, etiam Petrus, qui iam beatus est, crucem adoraret, non tamen hominem; ergo maior veneratio debetur cruci quam homini.

Solutio: Dicendum quod est dignitas realis, quae debetur rei; et est dignitas imaginis, et haec non est ex parte imaginis, sed ex parte rei quam imaginat. Unde Damascenus: *Honor imaginis ad prototypum, id est exemplar, refertur.* Sed notandum quod est imago per participationem, et haec est rationalis creatura; et est imago ut signum, scilicet alicuius beneficii Dei, sicut humanationis eius et passionis et huiusmodi. Ubi ergo est imago ut signum, totus honor refertur ad prototypum, id est exemplar. Unde dicit Damascenus de cruce quod adorando crucem, adoramus passionem Christi sive Christum passum, sub iis verbis: *Adoramus typum pretiosae crucis; et si ex alia materia est facta, non materiam adorantes, absit, sed typum ut Christi symbolum, id est notam. Dixit enim discipulis: Tunc apparebit signum Filii hominis in caelo.* Sed ubi est imago per participationem, ut homo, est adoratio duliae, et ita non est haec adoratio crucis maior nisi quia refertur ad signatum; dulia autem debetur homini, eo quod est in participatione divinae dignitatis, sicut potentiae vel sapientiae vel bonitatis, quod non convenit cruci. Ille ergo maior honor qui exhibetur

5 Ex 20,4 | 21 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, IV,16 (PG 94, 1169); versio Burgundii, c. 89, n. 1 (Saint John Damascene, *De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 331); cf. Bas. Magn. *De Spiritu S.*, 18 (PG 32, 149) | 29-32 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, IV,11 (PG 94, 1131); versio Burgundii, c. 84, n. 5 (Buytaert, 302-303) | 31-32 Mt 24,30

Nagyobb tisztelettel tartozunk-e Krisztus keresztjének, mint az embernek?

Ami az elsőt illeti, felvetik, hogy igen: 1. Kiv. 20-ban van a tiltás, hogy *ne legyen faragott kép, sem semmilyen hasonmás*. Ha tehát Istent a kereszten ábrázoljuk, a parancsolat ellen teszünk; tehát a kereszt nem jobban imáandó, mint a racionális teremtmény.

2. Aztán az imádat vagy a tisztelet tekintettel van a méltóságra; de a racionális teremtmény – ami az ember – nagyobb méltóságú a keresztnél, mert az ember Isten képeére készült, és üdvözültségre van teremtve, és arra, hogy a megismerés és a szeretet által részesévé váljon az isteni igazságnak és jóságnak; a kereszttel azonban nem így van, mivel az irracionális teremtmény; tehát nagyobb tisztelet jár az embernek, mint a keresztnek.

Ez ellen: a. A Keresztet a legnagyobbak imádják, Péter is, aki már üdvözült, imáda a keresztet, az embert ellenben nem; tehát nagyobb tisztelet jár a keresztnek, mint az embernek.

Megoldás: Azt kell mondani, hogy van dologi méltóság, amely a dolgot illeti; és van a kép méltósága, és ez nem a kép részéről van, hanem a leképezett dolog részéről. Ezért mondja a Damaszkuszi: *A képnek nyújtott tisztelet a prototypusra, azaz a mintára vezetetik vissza.* De meg kell jegyezni, hogy van részesülés általi kép, és ez a racionális teremtmény; és van kép mint jel, tudniillik mint Isten valamely jótéteményének – úgymint emberréválásának és szenvedésének és efféléknek – a jele. Amikor tehát jelként van szó képről, a teljes tisztelet a prototypusra, azaz a mintára vezetetik vissza. Ezért mondja a Damaszkuszi a keresztről, hogy a keresztet imádvá Krisztus szenvedését vagy a szenvedő Krisztust imádjuk; ezekkel a szavakkal: *A drága kereszt típusát imádjuk; és ha más anyagból készült, nem az anyagot imádjuk, dehogyan, hanem a typont mint Krisztus szimbólumát, azaz jelzését. Hiszen azt mondta a tanítványoknak: Akkor feltűnik az Emberfiának jele az égen.* De amikor részesülés által van szó képről, mint az ember [esetében], akkor dulia az imádat, és így ez az imádat nem nagyobb a kereszténél, hacsak nem azért, mert a jelöltre vezetetik vissza; de dulia jár az embernek azért, mert részesül az isteni méltóságban – úgymint a hatalomban vagy a bölcsességben vagy a jóságban –, ami nem igaz a keresztre. Tehát az a nagyobb tisztelet, amelyet a keresztnek nyúj-

cruci refertur ad rem significatam cuius est signum, non ad ipsam crucem in se.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud quod obicitur: *Non facies tibi sculptile*, dicendum, secundum Damascenum, quod, antequam Deus esset humanatus, facere imaginem Deo erat impietatis, quia secundum divinam naturam non est figurabilis; sed, postquam visibilis et sensibilis factus est per assumptionem carnis, non est hoc impietatis, sed potius pietatis est ipsum figurare, et hoc propter doctrinam et instructionem nostram et propter recordationem passionis Christi, ut praesens sit nostrae memoriae, et per hoc instruimur et allicimur ad bonum. Hac etiam de causa fiunt imagines Sanctorum. Unde Damascenus dicit: *Invisibilis et incorporei et incircumscribibilis et infigurabilis Dei quis potest facere imaginem? Insipientiae igitur summae est et impietatis figurare quod divinum est. Hinc in Veteri Testamento non erat assuetus imaginum usus. Quia vero Deus propter viscera misericordiae suae secundum veritatem factus est homo propter nostram salutem, non ut Abrahae visus est in specie hominis, non ut Prophetis, sed secundum substantiam factus est homo et perambulavit terram et cum hominibus conversatus est, miracula fecit, passus est, crucifixus est, resurrexit, assumptus est, et omnia secundum veritatem facta sunt et visa sunt ab hominibus: scripta quidem sunt ad memoriam et doctrinam nostram. Quia autem non omnes noscunt litteras nec lectioni vacant, Patres excogitaverunt velut quosdam triumphos in imaginibus describere ad velocem memoriam. Quapropter multotiens non secundum mentem habentes Domini passiones, imaginem Christi crucifixionis videntes et salutaris passionis in memorationem venientes, procidentes adoramus, non materiam, sed imaginatum. Similiter et Dei Genitricis imaginis non materiam, sed figuram adoramus: honor enim qui est ad ipsam, ad ipsum, qui ex ipsa est incarnatus, reducitur. Similiter autem et Sanctorum certamina, erigentia nos ad fortitudinem et imitationem et zelum virtutis eorum et gloriam Dei, sicut diximus: etenim imaginis honor ad prototypum, id est exemplar, pervenit. — Et per hoc solvuntur omnia obiecta.*

45 tunk, a jelölt dologhoz – aminek a jele – vezettedik vissza, nem magához a kereszthez önmagában véve.

[Az ellenvetésekhez]: 1. Arra, hogy felvetik: *Ne csinálj magadnak faragott képet*, a Damaszkuszival együtt azt kell mondani, hogy mielőtt Isten emberré vált, hitetlenség volt Istenről képet csinálni; de miután a hús felvételével láthatóvá és érzékelhetővé lett, ez nem hitetlenség, hanem inkább jámborság őt ábrázolni, mégpedig tanításunk és útmutatásunk végett és a Krisztus szenvedésére való emlékezés végett, hogy jelen legyen az emlékezetünkben, 50 hogy ezáltal útmutatást nyerjünk és a jóra csábítsunk. Éppen ezért készülnek a szentek képei. Ennélfogva mondja a Damaszkuszi: *Hogyan tudsz képet csinálni a láthatatlan és testetlen, leírhatatlan és ábrázolhatatlan Istenről? Mert a legnagyobb oktalanság és hitetlenség ábrázolni azt, ami isteni. Ezért az Ószövetségben nem volt szokásban a képek használata. De mert Isten az ő legbelsőbb irgalmasságából, a mi üdvösségünkért igazság szerint emberré lett, nem ahogy Ábrahám látta emberi külsőben, nem ahogy a prófétáknak, hanem lényege szerint lett emberré, és járta be a földet, és társalgott az emberekkel, tett csodákat, szenvedett, feszítettet keresztre, támadt fel, 60 emeltetett fel [a mennybe], és mindez igazság szerint ment végbe, emberek látták: mégpedig írások vannak róla a mi emlékezetünkre és okulásunkra. Mivel nem mindenki ismeri a betűket és [nem mindenkinek] van szabad ideje az olvasásra, az atyák kigondolták, hogy ezeket mint valami diadalokat írják fel képekre, hogy sebes legyen az emlékezet. Ennélfogva gyakran, amikor szellemünk nincs elfoglalva az Úr passiójával, látjuk Krisztus keresztre feszítésének képét, és üdvhozó passióját emlékezetünkbe idézzük, leborulunk, [olyankor] nem az anyagot hanem a képen ábrázoltat imádjuk. Hasonlóképpen Isten szülőanyja képének nem az anyagát, hanem ábrázolatát imádjuk: a tisztelet ugyanis, amely őt éri, ahhoz vezettedik vissza, aki belőle testesült meg. Hasonlóképpen a szentek viszontagságai, buzdítása bennünket az ő erejükhöz és erényük utánzásához, 70 elkívánásához és Isten dicsőségéhez [vezetnek], ahogy mondjuk: hiszen a képnek nyújtott tisztelet a prototypusig jut el. – És ezzel megoldatik minden ellenvetés.*